

VI.

**C**laudus ut è cerebro Iovis olim Pallada doctã  
 Extudit ingenij Mulciber arte sui;  
 Sic foetum, Heupoldi (doctus quem Schenkius  
 olim

parturit) Lucem cernere cura facit.

Quem genuit Carthago ferox, te magne Terenti,

Schenkius erudit Teutonico ore loqui,

Hœschelius limam porrò doctissimus addit,

Et tamen huc tenebris obsitus usq; iaces?

Non tulit Heupoldus, Lucis te educit in auras,

Officio functus non minus ipse suo.

Schencchio, & Hœschelio meritò ergo tertius ille

Editor accedet, Comice culte, tuus.

Ioh. Hunthemius.

VII.

**V**T Lecto nôrit Sermone TERENTIUS  
 æquè

Germano, ac nôrat voce Quirite, loqui:

Schenccius, Hœschelius, moderator

vterq; juventæ

In patriâ summus, te docet ecce, Scholâ.

His adolescentes, grates agite, & simul illi,

Illorum fidus qui editor est operæ.

Anti.